

pedesque recumbentium unxerunt, cum ante crura *H*  
9 talosque corollis vinxissent. hinc ex eodem unguento  
in vinarium atque lucernam aliquantum est infusum.  
10 iam coeperat Fortunata velle saltare, iam Scintilla  
frequentius plaudebat quam loquebatur, cum Trimal- 5  
chio 'permitto' inquit 'Philargyre [et Cario], etsi prasi-  
nianus es famosus, dic et Menophilae, contubernali  
11 tuae, discumbat'. quid multa? paene de lectis deiecti  
sumus, adeo totum triclinium familia occupaverat.  
12 certe ego notavi super me positum cocum, qui de 10  
porco anserem fecerat, muria condimentisque feten-  
13 tem. nec contentus fuit recumbere, sed continuo  
Ephesum tragoedum coepit imitari et subinde domi-  
num suum sponsione provocare 'si prasinus proximis  
circensibus primam palmam'. 15

→ 71 diffusus hac contentione Trimalchio 'amici,' inquit  
'et servi homines sunt et aequae unum lactem biberunt,  
etiam si illos malus fatus oppresserit. tamen me salvo  
cito aquam liberam gustabunt. ad summam, omnes  
2 illos in testamento meo manu mitto. Philargyro etiam 20  
fundum lego et contubernalem suam, Carioni quoque  
3 insulam et vicesimam et lectum stratum. nam Fortu-  
natam meam heredem facio, et commendo illam om-  
nibus amicis meis. et haec ideo omnia publico, ut  
familia mea iam nunc sic me amet tamquam mor- 25  
4 tuum'. gratias agere omnes indulgentiae coeperant do-  
mini, cum ille oblitus nugarum exemplar testamenti  
iussit afferri et totum a primo ad ultimum ingemes-

3 aliquantum *Heinsius*: liquatum | liquatum est [infusum] *Salonius* 6 'et Cario *interpolatum ex 71,2, Menophila enim Philargyri contubernalis*' *Kaibel* 18 oppressit *Bücheler, sed cf. Thes. 5,2,969,57 sq.; Hofm.-Szantyr 672α*

5 cente familia recitavit. respiciens deinde Habinnam *H*  
 'quid dicis' inquit 'amice carissime? aedificas monu-  
 6 mentum meum, quemadmodum te iussi? valde te rogo  
 ut secundum pedes statuae meae catellam pingas et  
 coronas et unguenta et Petraitis omnes pugnas, ut  
 mihi contingat tuo beneficio post mortem vivere; 5  
 praeterea ut sint in fronte pedes centum, in agrum  
 7 pedes ducenti. omne genus enim poma volo sint circa  
 cineres meos, et vinearum largiter. valde enim falsum  
 est vivo quidem domos cultas esse, non curari eas, ubi 10  
 diutius nobis habitandum est. et ideo ante omnia adici  
 8 volo: "hoc monumentum heredem non sequatur". ce-  
 terum erit mihi curae ut testamento caveam ne mor-  
 tuus iniuriam accipiam. praeponam enim unum ex  
 libertis sepulcro meo custodiae causa, ne in monu- 15  
 9 mentum meum populus cacatum currat. te rogo ut  
 naves etiam [monumenti mei] facias plenis velis eun-  
 tes, et me in tribunali sedentem praetextatum cum  
 anulis aureis quinque et nummos in publico de sacculo  
 effundentem; scis enim quod epulum dedi binos dena- 20  
 10 rios. faciantur, si tibi videtur, et triclinia. facias et  
 11 totum populum sibi suaviter facientem. ad dexteram  
 meam ponas statuam Fortunatae meae columbam ten-  
 entem: et catellam cingulo alligatam ducat: et cicaro- 25  
 nem meum, et amphoras copiosas gypsatas, ne ef-  
 fluant vinum. et unam licet fractam sculpas, et super  
 eam puerum plorantem. horologium in medio, ut  
 quisquis horas inspiciet, velit nolit, nomen meum le-

4 pingas] *tuetur Delz 683: fingas Scheffer: ponas Büche-  
 ler 12 sequitur Bücheler 17 delevi: (in fronte) monu-  
 menti Keller 21 faciantur Goesius: faciatur | facias Bü-  
 cheler: facies 23 ponas vulgo: pones (futurum utru-  
 que tuetur Petersmann 172) 25 copiose George  
 26 unam] urnam *Jac. Gronovius**

12 gat. inscriptio quoque vide diligenter si haec satis *H*  
 idonea tibi videtur: "C. Pompeius Trimalchio Maece-  
 natus hic requiescit. huic seviratus absenti decretus  
 est. cum posset in omnibus decuriis Romae esse, ta-  
 men noluit. pius, fortis, fidelis, ex parvo crevit; ses- 5  
 tertium reliquit trecenties, nec umquam philosophum  
 audivit. vale: et tu".

72 haec ut dixit Trimalchio, flere coepit ubertim. flebat  
 et Fortunata, flebat et Habinnas, tota denique familia,  
 tamquam in funus rogata, lamentatione triclinium im- 10  
 2 plevit. immo iam coeperam etiam ego plorare, cum  
 Trimalchio 'ergo' inquit 'cum sciamus nos morituros  
 3 esse, quare non vivamus? sic vos felices videam, con-  
 iciamus nos in balneum, meo periculo, non paenite-  
 4 bit. sic calet tamquam furnus'. 'vero, vero' inquit 15  
 Habinnas 'de una die duas facere, nihil malo' nudis-  
 que consurrexit pedibus et Trimalchionem gaudentem  
 subsequi (coepit).

5 ego respiciens ad Ascylyton 'quid cogitas?' inquam  
 6 'ego enim si videro balneum, statim expirabo'. 'assen- 20  
 temur' ait ille 'et dum illi balneum petunt, nos in turba  
 7 exeamus'. cum haec placuissent, ducente per porticum  
 Gitone ad ianuam venimus, ubi canis catenarius tanto  
 nos tumultu excepit, ut Ascylytos etiam in piscinam  
 ceciderit. nec non ego quoque ebrius (et) qui etiam 25  
 8 eundem gurgitem tractus sum. servavit nos tamen  
 atriensis, qui interventu suo et canem placavit et nos  
 9 trementes extraxit in siccum. et Giton quidem iam

5 pius *Reinesius: plus 17 plaudentem Jacobs 18 add.  
 Burmannus | subsequitur Gaselee (praesens tempus Petro-  
 niano more excipiens perfectum; cf. Petersmann 170)  
 25 addidi (cf. p. 19,24 et p. 150,3 et quae)*

dudum se ratione acutissima redemerat a cane; quic- *H*  
 quid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat,  
 10 at ille avocatus cibo furorem suppresserat. ceterum  
 cum algentes udique petissemus ab atriense ut nos  
 extra ianuam emitteret, 'erras' inquit 'si putas te exire 5  
 hac posse qua venisti. nemo umquam convivarum per  
 eandem ianuam emissus est; alia intrant, alia exeunt'.

73 quid faciamus homines miserrimi et novi generis laby-  
 rintho inclusi, quibus lavari iam coeperat votum esse?  
 2 ultro ergo rogavimus ut nos ad balneum duceret, 10  
 proiectisque vestimentis, quae Giton in aditu siccare  
 coepit, balneum intravimus, angustum scilicet et cis-  
 ternae frigidariae simile, in quo Trimalchio rectus sta-  
 bat. ac ne sic quidem putidissimam eius iactationem  
 licuit effugere; nam nihil melius esse dicebat quam 15  
 sine turba lavari, et eo ipso loco aliquando pistrinum  
 3 fuisse. deinde ut lassatus consedit, invitatus balnei  
 sono diduxit usque ad cameram os ebrium et coepit  
 Menecratis cantica lacerare, sicut illi dicebant qui lin-  
 4 guam eius intellegebant. ceteri convivae circa labrum 20  
 manibus nexis currebant et gingilipho ingenti clamore  
 exsonabant. alii autem [aut] restrictis manibus anulos  
 de pavimento conabantur tollere aut posito genu cer-  
 vices post terga flectere et pedum extremos pollices  
 5 tangere. nos, dum illi sibi ludos faciunt, in solium, 25  
 quod Trimalchioni <tem>perabatur, descendimus.

I se ratione *Scheffer*: seruatione 4 udique *Bücheler*:  
 utique 13 quo *Bücheler*: qua 14 eius iactationem  
*Heinsius*: ei actionem 18 usque ad cameram *del. Nisbet*  
 20 num ceter<um ali>i? 21 gingilipho] γιγγιλισμοί *sub-*  
*esse putabat Bücheler* | ing- cl- *del. Salonius* 22 *del. Büche-*  
*ler* 23 <dentibus> conabantur *vel c- <ore> coniecit Burman-*  
*nus* 25 illi *Bücheler*: alii *H*: alii <alios> *Kaibel* | solium *Bü-*  
*cheler*: solo *H*: solio *Scheffer* (*cf. Cels. 2,17,7*) 26 tempera-  
 batur *Heinsius*: peruapatur *H*: parabatur *H<sup>m</sup>*: seruabatur  
*Novák* (*cf. Petersmann 141<sup>98</sup>*)